



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 92. Cardonna Neapolis Prorex in Longobardiam movens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI. vice urbis obsidionem solvit, nemine ta-
 A.C. 1513. men fugitivum insequente.

§. XCII.

Cardonna Neapolis Prorex in Longobardiam movens.

*Bembl. 1. 3.
 ep. 19. & 1. 6.
 epist. 9.*

Hæc postrema fuere Liviani in urbem molimina, eo quod Cardonna sollicitante Maximiliano Sfortia, eidem magnis itineribus instaret. Equidem Prorex hucusque neutrius partis studio addictus videri cupiebat, verum Gallis vix Genua pulsus mox sua obsequia Cæsari palam exhibebat, ac Brixiam, Bergomumque occupabat. Demum Piscaria urbe ac arce recuperata, Veronnam venit, ubi Germano militi, qui rescissis induciis in Forojulensi Provincia bellabat, suas quoque copias adjunxit, simulque continuo victoriæ cursu Lignanum armis suis subjiciens, Montgnagnæ castra metatus est, abs dubio Patavium quoque, & Tarvisium expugnaturus, nisi Livianus obstitisset: Hic enim, cum totam belli mollem Continentis ditionibus impendere prospiceret, cunctasque urbes hostium furori eripi posse desperaret, non nisi tres potissimas urbes Patavium, Tarvisium, & Cremam collectis viribus tueri constituit.

§. XCIII.